



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Venusinæ, postea Æsinatis, ac demùm  
Parmensis Ecclesiæ Vicarii Generalis, &c. Formularium  
legale practicum Fori Ecclesiastici**

in quo formulæ expeditionum usufrequentium de his, quae pertinent ... ;  
cum appendice plurium constitutionum apostolicarum

Formularii Legalis Practici Fori Ecclesiastici Supplementum - In Quo Non  
Solum Omnes Feré Formulæ, quæ in præcedentibus tribus Libris  
continentur, novis quamplurimis adnotationibus Legalibus Practicis, ac  
Sacrarum Congregationum Responsis roborantur; verùm etiam nonnullæ  
aliæ, quæ ad Operis ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1732**

Indulti Jubilationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62442)

FORMULA

Monitionis.

Cretur, & moneatur N. Canonicus nostræ Cathedralis N. (sive Collegiæ N.) ad allegandum in termino . . . causam, quare ob suam absentiam à residentiâ non debeat puniri ad formam Decreti Concilii Trid. sess. 24. cap. 12. de reform. Instante promotore Fiscali.

Executa monitione, proceditur ad sequestrationem fructuum Præbendæ, & postea constituto ex actis de excessu absentie (nisi aliquid relevans deducatur) devenitur ad dictorum fructuum privationem; Canonico autem coadjutore non residente potest, & debet moneri sub pœna privationis ad residendum Sac. Congr. Concilii in Oxonen. 8. Maji 1688.

63 Num. 72. Punctantur quoque Canonici, si exeant à choro antequam Sacra absolvantur, sine licentia Præsidentis, non petita venia, ut Sac. Congr. Concil. respondit in Lunen. Sarzanen. 4. Junii 1701.

64 Num. 76. Declara ibi, quod Canonico jubilato, non debentur distributiones, quæ proveniunt ex anniversariis non fixis, nec in casu, quo ex statuto Ecclesiæ, vel à Testatore excluduntur absentes, & nisi præsentibus debentur Sac. Congr. Concilii in Romana 27. Junii 1705. & 17. Martii 1708. contra Canonicum Collegiæ SS. Celsi, & Juliani, & in Novarien. 29. Novembris 1681. lib. Decret. 32. fol. 44.

65 Num. 79. Et qui habet indultum, ut possit percipere distributiones cum clausula: *Ac si præsens esset*, non participat de fallentiis absentium; secus si illi concedatur cum clausula, *ac si Divinis interesset*, nam tunc de illis participat: ut distinguit Pignatell. consult. 115. num. 24. & consult. 116. num. 10. in fin. tom. 9. sicuti enim Canonici, qui sunt in Civitate, & suburbiis, dicuntur præsentibus, & tamen nisi Choro intersint, habentur tanquam absentes in amittendis distributionibus; ita Indultarius cum Monacelli, Formul. Suppl.

prima clausula, non participat nisi interfit.

Indultum autem quod solet obtineri à Sac. Congr. Concilii, est sequentis tenoris.

FORMULA

Indulti Jubilationis.

Sac. Congr. Em. S. R. E. Card. Concilii Trid. Interpretum, attenta relatione Episcopi N. benignè commisit eidem, ut veris existentibus narratis, & constituto sibi, quod Orator per quadraginta annos præfatæ Ecclesiæ N. continuo, & laudabiliter inservierit, illi gratis indulgeat, ut quamvis in posterum non inserviat, nihilominus fructus omnes, & distributiones quotidianas sui Canoniciatus percipere valeat, non secus, ac si Choro, & Officiis Divinis personaliter interesset. Datum, &c.

N. Card. N. Præfectus.

N. Secret.

Eod. tit. 13. form. 3. pag. 102.

Num. 25. Qui utitur scriptura falsa, quam ipse non falsificavit, non tenetur pœna falsi, sed puniendus venit extra ordinem arbitrio judicis; etiamsi utens sciat, vel scire potuerit esse falsificatam, & quamvis negligentia præsertim crasso quandoque dolo æquiparetur, ut probat Graff. consil. lib. 5. de crim. fals. consil. unic. num. 13. & 14.

Num. 26. Occultum dicitur delictum, ad hoc, ut Episcopus possit vigore Concilii reum à Censuris incurtis absolvere, & dispensare, quando non fuit probatum, quamvis delictum sit reductum ad forum contentiosum, & reus remansit absolutus, vel ex capite innocentie, vel ex hæcenus deductis, vel tamquam non repertus culpabilis: in his inquam casibus, delictum adhuc dicitur manere in occulto, ut Episcopus uti valeat sua potestate, Pignatell. consultat. 99. num. 18. & pluribus seqq.

D tom. 6.